
Q
uo perduxérunt illas scruta-ti-ónes su-as, quas perscrutántes defe-
cérunt, ut é-ti-am mórtu-o Dómi-no et sepúlto, custodes pónerent ad
sepúlcrum? Di-xérunt enim Pi-láto: Sedúctor ille: hoc appellabátur
nómi-ne Dómi-nus Jesus Christus, ad solá-ti-um servórum su-órum,
quando di-cúntur seductóres: ergo illi Pi-lato: Sedúctor ille, ínqui-
unt, di-xit adhuc vi-vens: Post tres di-es resúrgam. Jube í-taque cus-
todí-ri sepúlcrum usque in di-em térti-um, ne forte véni-ant discí-
pu-li ejus, et furéntur e-um, et di-cant plebi: Surréxit a mórtu-is:
et e-rit novíssi-mus error pejor pri-óre. A-it illis Pi-látus: Habé-tis
custódi-am, i-te, custodí-te si-cut sci-tis. Illi autem abe-úntes, muni-
érunt sepúlcrum, signántes lápi-dem cum custódi-bus.